



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 104. An Inquisitor exigere possit ab inquisitis expensas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

§. 1. Gondissalvius tract. de hæret. q. 8. num. 6. Carre-
rius de hæret. num. 79. vers. item prohibentur pæ-
nas pecuniarias. & alij ab his citati, ex quibus om-
nibus in hac causa sequentia colligenda videntur.

Primum, non modo inquisitores possunt impone
re penas pecuniarias applicandas vñibus pijs, vt ad
edificandas Ecclesiastis, ad aleandos pauperes, ad do-
randas inopes virginis, quarum pudicitia pericilita
tur, & similia: verum etiam applicandas officio san-
ctæ inquisitionis: nam nulla ferme causa magis pia
est in republica, quam causa inquisitionis, cuius sin-
gulari beneficio hæreses extirpantur; & illa est
summa ratio, qua pro religione facit. l. sunt perso-
nae, & de religio. & sumpe. funerum.

Tamen si vero Carrerius tract. de hæret. nn. 79.
scriperit, non alias esse pænas pecuniarias sacro in
questionis officio applicandas, quam si necessitas id
fieri exigat: non tamen est putandum extremam ne-
cessitatem esse expectandam, sed quecumq; præsens,
vel futura sufficit: nam oportunitum est, & fidei
catholico valde expedit, in questionis officium pecu-
nijs abundare, ut quotiens oportuerit absque incom-
modo Cruce signatorum seu familiarum, hæretico-
rum fiat inquisitio, captura, deludatio, & punitio.

Penæ vero seu multæ pecuniaria tunc imponen-
dae est; quando delati ad gremium Ecclesiæ reue-
runtur: non autem cum sunt pertinaces vel relapsi,
quia tunc eorum bona confiscata sunt. Zanchinus
tract. de hæret. c. 19. nn. 1. & 2. Carrerius de hæ-
ret. num. 79. His addit, quod pena pecuniaria ad emen-
dationem & correctionem imponitur, que non spe-
ratur in pertinacibus & relapsis, cum absque mi-
sericordia tradantur curia seculari.

Sed non erit præter rem summatim ostendere
quando & quibus hac pecuniaria multæ imponi
possit. Primum ergo suspectis de hæresi imponi pos-
sunt ea multæ pecuniaria arbitrio inquisitorum:
Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nn. 2. & Simancas
de catho. infit. tit. 46. nn. 76. in quo quis modus de
beat obseruari paulo post indicabo.

Rursus, inquisitores pro arbitrio suo penam pecuniariam indicunt illis, qui proferunt verba hære-
tica aut ludendo, aut ex ita, aut ex fatua simplici-
tate, & ignorantia: que tamen omnino excusationem non habet, ita Gondissalvius tract. de hæret. q.
8. nn. 6. dixi supra in hac 3. par. tit. de forma exami-
nationis testium, nn. 72. §. sed qua pæna.

Item imponuntur ea pæna pecuniaria reis diui-
tibus & cupidis seu avariis redeuntibus: nam hi re-
hementer dolere solent in pecunia soluenda: & cu-
pida ea sit infligenda, que magis timetur, ideo fa-
lubriter poterit talibus hac multæ indicari. Zanchi-
nus de hæret. c. 19. nn. 3.

De clericis redeuntibus quæsitum est, an pene
pecuniaria illis possint indicari: & quamvis quibus-
dam videatur id fieri non posse, ne bona ecclesiastu-
m quibus seruunt ob eorum delicta diminuantur.
clem. 2. de hæret. verius. tamen est imponi posse;
quod est extra controversiam, si proprium habeant
patrimonium. Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nn.
5. Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 134. im-
mo amplius videtur quod possint in pecunia puni-
ri, quamvis non habeant patrimonium; si tamen

A fructus beneficiorum in suos usus convuantur, vt
differui infra super quæstio. 112.

Addit Repertorium Inquisitorum in hac causa
de imponendis penis pecuniarijs, herbo, sententia.
§. itē cicra, sc̄ope solere cōtingere, vt cui imponitur
pena pecuniaria, eam soluere nō possit: ideoque cau-
te facturum Inquisitorem, si hoc casu bimembrem
formet sententiam hoc modo: Condemno te in tan-
ta pecunia, & nisi solueris intacta tantum tempus,
Opinio Re-
talem pœnam corporalem tubeas. Quod multi
rationibus ne probo. Primum, quia antequam quis
pertorij in-
condemnetur in pecunia, videlicet, an eam solue-
re possit. Rursum, quoniam talis sententia conce-
ptio non carerer avaritia & suspicione, ista ergo licet
in alijs tribunalibus fiant, in hoc integrissimo sacræ
Inquisitionis officio nullo pacto sunt admittenda:
quod in primis obseruandum est cum clericis, qui
vbi pecuniariam pœnam soluere non possunt, in cor-
pore coercendi non sunt, vt optime docet Bernardi
nus Diaz in pract. crim. cano. c. 134. in fine cum
ergo ob inopiam, quis soluere tales penas nō potest,
alijs salutaribus pœnitentijs omnino plectatur.

Hanc autem facultatem imponenda mulctæ pe-
cuniariae habent Inquisitores per rescriptum Ale-
xand. IIII. quod incipit: Super extirpatione, quod imponendæ
curauimus imprimendum inter literas Apostoli-
cas, quo cauetur vt huiusmodi pecunia asseretur,
Opinio Re-
C & quoties opus fuerit, erogetur ad prosequendum
tur facultas
pœna pecu-
niatix.

officium in questionis contra hæreticos.

Hoc postremo admonebo, ne inquisitores in
buīusmodi penis pecuniarijs imponendis modū ex-
cedant, sed peccati qualitatem, & personarum con-

ditionē plurium animaduertere oportet, atq; id in

primis ante oculos habēdum est, ne quis sive iudi-
ces avaritia possit insimulare: est in omnibus iudicii

bus vehementer reprehendēda avaritia, & euitāda
etiam ab omnibus avaritia & cupiditatis suspicio;

sed in inquisitoribus hoc magis est euitādū, quoq; in
tegerrimos esse oportet, & omni mali suspicione eq-

D rētes, quam ob reprobationis sunt huiusmodi peni-
tentia pecuniarij iniungēdū: quod ex Guidone Ful-

codio indicat Eymericus in fine huius quest. quod
explicui copiosius supra in hac 3. p. tit. de forma ab

solvendi predicōs. nn. 18. at quamvis hoc possint.

a ¶ Et dominus Guido Fulcodius.] Huius Guido
nis verba ex peruerso illo codice Bibliothec. Va-

ticanæ ita habent: Verum quia Praetorium tena-
tes sunt manus, & marlupia constipata, consulter-

et quod ab illis, quibus iniungitur penitentia
dandæ pecunie in aliquos usus pios, acciperetur
ad istud, honeste tamen & sine scandalo laico-

rūm hoc ille.

Q V A E S T I O C I I I I .

An Inquisitor exigere possit ab inqui-
sitis expensas.

S V M M A R I V M .

1. Inquisitor, cui desunt stipendia sufficientia, pe-
tere potest expensas.

2. Episcopi autem cum sint ordinarijs, non debent
exigere.

Xenia

- 3 Xenia moderata sponde data possunt accipi.
4 Iudex delegatus moderatas expensas poscere potest.

Gentelema quarta quaestio est; Vtrum Inquisitor possit expensas exigere ab his, contra quos procedit, ac eos in expensas tententaliter condamnare?

1 Respondemus quod sic; ubi stipendia non habeat sufficientia ad suum officium exequendum, ut communiter est: Nemo enim cogitur suis stipendijs militare. i. Corint. 9. Sunt enim Inquisitores iudices delegati, qui possunt petere expensas, ut dicit Raymundus in summa, par. 2. de iudicibus qui dicit he:

2 Nunquid iudices possunt aliquid recipere à partibus? Ad hoc dico, quod ordinacij iudices non debent recipere expensas, seu petere, cum propter iustitiam tenendam, suas habeant dignitates & redditus assignatus: ad istos enim extenditur uerbum Iohannis Baptiste: Neminem concutatis, neque calumniam faciat, sed contenti estote stipendijs uestris: ubi gloriantur Ambrosius & Augustinus: Ne dum sumptus queritur, prædo grasseatur. dist. 86. c. Non satis. 23. q. 1. c. Militare.

3 Moderata autem xenia sponte oblata potest recipere. dist. 18. De eulogis. de offic. procons. l. Solent. ubi dicitur: A nemine accipere, inhumanum est; sed paucum, uirisimum: & omnia, auatissimum. Non tamen credo, q. à litigatoriis debeant recipere etiam sponte oblata, propter suspicionem uitandam, nisi consideratis circumstantijs, quas dixi supra lib. 1. i. de sim. q. prox. Vtrum in aliquibus.

4 Iudex uero delegatus potest petere expensas moderatas, & non ultra. glo. dicit, quando pauper est ille, & quando oportet eum longe equitare pro examinatione & causa; extra, de uita & honest. cle. Cum ab omni. 12. q. 2. Charitatem. Nemo enim cogitur suis stipendijs militare. i. ad Corint. 9. & inde uidetur, quod si non est sufficiens, potest petere aliqua nomina assessorum: dum tamen nullam partem inde recipiat, uel faciat aliquid in fraudem: & sic intelligo finem illius. c. Cum ab omni. Hæc Raymundus?

Et Beried. xi. in extraug. Ex eo, uidetur idem supponere & sentire in f. uerum; ubi dicit sic: Verum, quia nonnulli dicetani partem partis prouentum de hereticorum bonis, inquisitionis officio deputata propter expensas, quas dum inquirunt in sepe dicto negotio faciunt, a uobis exgere moluntur: hoc tamquam iuri absolum, cum ordinari sint, & cetera.

COMMENT. CXL.

Materiale huius questionis frequens est, & cogit uaria necessaria habet, autem potissimum tres conclusiones, quas colligas ex summario.

Quatum ad primam conclusionem spectat, quod uidelicet Inquisitores possunt expensas exigere, ubi non habent stipendia sufficientia, de ea agit plenissime Campegius apud Zanchinum c. 16. vers. cō sequente nunc poti, potest, ubi post multa cocludit, inquisitores non modo expensas, verum etiam sporulas seu salarium accipere posse.

A De impensis que dum in reos inquiritur, sunt; Imperiale non est magna dubitatio: certum est enim reos ipsos, bonis reis ad hæc teneri, ne ex suo delicto commodum, aut immunitatem consequantur. itaque si ex longinquo capti deducantur, ductoribus & custodibus plus quam manifestum est eos satisfacere oportere, & de bonis reorum id esse accipendum, quod ad has impensis facandas sit necessarium: quod ipsum intelligentias de alimentis & cibarijs praestitis, dum carceribus clausi tenentur, donec causa eorum fuerit expedita.

B In his quis ordo debeat obseruari minutissime prescripsit inquisitoribus Hispania Madriliana instruclio anni Domini M D L X I. c. 8. in hac ferme varba: Sumentur ex bonis sequestratis ipsius delinquentis pecunia, quæ videbuntur necessaria ad deducendum reum usque ad carcera; & amplius sex uel octo aurei ad alendum reum, nec in expensis plus reo computandum est, quam fuerit ei necessarium, & iumentis quæ ipsum reum, & leatum in quo dormierat deferunt. quod si in bonis sequestratis pecunia numerata non reperiatur, uidentur minus necessaria bona usque ad prefatam quantitatem, id uero quod receperit huius negotijs executor cōscribēdum curabit in fine lequestris, & quod remanebit assignabit carcereatum dispensatori coram scriba lequestrationis, de quibus omnibus certiores fieri debent Inquisitores.

C Non me preterit in multis inquisitionibus hanc tam exquisitam obseruationem non reperi uel ob paupertatem, vel ob alias causas, in quo quisque sua inquisitionis laudabilem consuetudinem obseruabit: superiora ramen ubi custodiri possunt, tutissima sunt, & omnem suspicionem male acceptorum excludunt.

D De sportulis fortassis nimis libere loquitur Cā Spodius, nec eius uidetur vlo pacto audienda sententia: quis enim serat in causis fidei admittere, et regna quod in causis alijs ab his nostris longe diuerissimis retinetur & admittitur? præsternit cum verisimilius militer sententia, & iustior, aut saltem modestior spacio sit, iure canonico sportulas seu salarium pro diecenis sententij interdicta esse, ut docet Romanus singulari 183. incipiens Tulus per textum in c. cum ab omni. de vita & honest. cleric.

E In Hispania inquisitoribus certisque sacri officij ministris salary statuta sunt, quæ certis statisque temporibus ipsis soluntur ex bonis duplicatis iuxta eam quantitatem & ordinem, quemque piose ostendit Simancas de catho. institu. titu. 41. u. 33. c. 34.

In Italia & alibi, ubi pauperes sunt inquisitores, ne hac vlo modo quæ Campegius commemorat, facere cogantur, respublika in qua defuncti sacri officij indices, eos alcre debet; quod multis veteri Pontificum rescriptis cautu extat, ut videre licet saecle Inquisitionis, præsternit in rescripto Innocentii III. incipiente: Ad extirpanda, ubi cauerit ut ministris sacri officij satisfiat a communi cunctatis. Alii saepè respublika lanistam, alit grammaticum, alit medicum, alit denique alios professores & ingenuarum artium, & artifices mechanicarum magis

ies machinacarum magnis salarijs & stipendijs cōdullos, & non alet Inquisitores, qui magnolabore, & maiore cum virilitate ei inferniuntur alebat olim profana Aegyptus sacerdotes ē publico arario, qui idolorum cultui vacabant, ut scribit Romanus Pontifex in c. non minus extra de immunit. Ecclesia. & respub. Christiana non alet censares fidei, per quos intacta religio, incorrupta fides, & reēta catholicorum dogmatum obseruatio conservatur? Quid si a republica hēc non præstantur, præfentur omnino ab Episcopis, postquam eorum in hac parte onera Inquisitores ferunt, de quo dicam amplius infra super q. 108.

Secunda assertio, qua dicit Episcopos non posse expensas exigere, manifestissima est: nam cum sint ordinarij, habeantq; redditus ex dignitate Episcopali propriis stipendijs eos conuenient in hoc negotio laborare, ut probat textus in extrauaganti, Ex eo, de heret. relata ab Eymericus supra, par. 2. tradit Repertorium Inquisitorum verbo, expensa. §. ex quibus. & Locatus in opere judiciali verbo, expensa.

De tertia conclusione, qua asserit Eymericus, Inquisitores posse recipere xenia vltro oblata non tamē a litigantibus, disputant Gundissalvus tracta. de hereti. quæstio. 8. nume. 8. & 9. Simancas de catho, instit. titu. 34. num. 41. & sequen. & ti. 41. num. 37. & Ioannes Royas singula, 112. incip. Iudices xenia. & Repertorium Inquisitorum verbo, extorquere. §. an Inquisitor. & alij.

De ea quid sentiam breuiter more meo dicam, Et iure civili Romano xenia, esculentum, & proculentum, quod intra paucos dies prodigatur, accipere licet. l. solent, ff. de officio proconsuli. quod ipsum non prohibet ius canonicum iudicibus delegatis. c. statutum. §. insuper. de scriptis. lib. 6.

Ceterum, Inquisitores melius facient si nihil omnino acceperint, neque a reis, quod est valde suspicuum: neq; à consanguineis, vel amicis reorum, quod est maxime reprehendendum: neque a quibusvis alijs, quod non videtur laudabile: egregia illa est Catonis laus, de qua Isidorus lib. 20. erymol. cap. 3. ita scribit: Cum essem (inquit Cato) in provincia legatus, quamplures ad praetores & consules uinum honorarium dabant, nunquam accepi, nec priuatus quidem, hac ille.

In Hispania multis constitutionum capitibus cautum est, ut Inquisitores qui dona acceperint, in sententiam excommunicationis incurvant, & officio priuentur, & duplum reddant: idque etiam se ad officialibus dona acceperint, prima instructione Hispanensi c. 25. & instruclio. 2. c. 1. & instruclio. 4. cap. 15. tradit Simancas de catho, instit. titu. 44. nume. 45.

Sed eisdem instructionibus amplius constitutum est, ut ministri omnes suis sint stipendijs contenti, & munera non accipient, ne poculenta quidem, aut esculenta. qui vero ex illis accepisse aliquid coniunctus fuerit, officio priuatur, duplum soluit, & in excommunicationis sententiam incurrit: si quis autem ex ministris id scierit, & Inquisitoribus non reuelauerit, iisdem ponis plectitur, ita testatur idem Simancas de catho, institu-

A titu. 41. nume. 37. verba autem eius instructionis anni Domini MCCCC LXXXIII. cap. 1. à nobis latine redita ita habent: Item decreuerunt, quod Inquisitores, & assessores inquisitionis, & alij eius officiales, quales sunt aduocati, fiscates, executores, notarij, & ianitores, debent abstinere à recipendis donis & muniberibus a quibuscumque personis, quas dicta inquisitione tangit vel tangere possit, nec ab alijs personis vice predicatorum. Et quod Inquisitor generalis debet illis præcipere ne quid recipient sub pena excommunicationis, & priuationis officiorum, que habuerint a sancta Inquisitione, & sub pena restitutio-
nis dupli eorum quæ taliter acceperunt, hactenus ibi.

Sunt equidem hæc iusta & prudentissime instituta: si enim in hoc integrerrimo tribunali vel minimus & angustissimus aditus pateret muneribus, facile è suis sedibus iustitia & equitasq; commoueretur. Munera enim, sicut Exod. c. 23. scriptum est, prudentes execant, & subvertit verba infor-
mationis, nemo ergo (me iudice) aut Inquisitor, aut sacri officij minister munera accipiat: nam grauissimo peccandi periculo se exponit, consulat itaque quisque in hac re conscientiae sue.

Q V A E S T I O . C V .

An Inquisitor teneatur reddere rationem Episcopo de acceptis gratia expensarum, &c.

G Entima quinta quæstio est: Vtrum Inquisitor super expensas, ad quas condemnat eos, contra quos procedit, teneatur Episcopo perentii reddere rationem?

Respondemus quod non, ut patet in extrauag. Ratione Epis-
domini Benedicti xj. alleg. supra quæst. proxima, scopis reddere non tenen-
D ubi in §. verum. dicit sic: Vtrum, & infra; Ratio-
nem autem ijdem diœcelani prouentuum obue-
nientium ex inquisitionis officio à uobis non ob-
stante aliqua constitutione, consuetudine, vel mā-
dato contrarijs, non expolcant: sed eam camere
nostræ, vel alij, cui nos uel successores nostri Ro-
mani Pontifices mandaremus reddendam, redda-
tis, quæ generaliter obseruari iubemus.

C O M M E N T . C L I I I I .

M Ultis rationibus potest esse verahæc prærogativa, ut Inquisitores hanc rationem Episcopis non reddunt scopis reddere non teneantur. Primum, quia in hac causa fidei, cum sint delegati, maiores sunt Episcoporum, & ideoque non debent in hoc Episcopis esse subiecti. Rursus, quoniam cum multum confidat Papa de inquisitoribus, nec sit verisimile eos male hec bona dispensaturos, propterea non decuit: ut Episcopi ab eis possent hanc rationem exquirere. additum Repertorium inquisitorum verbo, expense. §. ex quibus. & Campegium ad Zanchinum capit. 19. circa finem.

Q V A E .